

& v. seq. 4) Exempla de fontibus, diversas aquas bul-
 lientibus, quæ ex variis historiæ naturalis scriptoribus
 proferuntur a POLO in Syn. BROCHMANDO, WOL-
 FIO, vel revera effato Apostoli non sunt contraria,
 quia diversæ istæ aquæ, sive non *ex eodem fonte*, sive non
per idem foramen, emanant, quod utrumque Apostolus
 supponit, vel tanquam *extraordinaria*, & quædam
 quasi aberrationes naturæ, Apostolo, de eo, quod *or-*
dinarie fit, loquenti, non possunt opponi.

§. XXII.

V. 12.

Μὴ δύναται, ἀδελφοί μου, συκὴ ἐλαίας ποιῆσαι, ἢ
 ἀμπελος σύκα; ἔτιως ἐδεμία πηγὴ ἀλυκὸν καὶ γλυκὺ ποι-
 ῆσαι ὕδωρ.

Ἀδελφοί μου) Hoc alloquium etiam hic index est
transitionis ab uno ad aliud; Dixerat Apostolus v. 11.
 ex uno principio non debere proficisci duo contraria,
 nunc ait, ex quolibet principio non nisi id, quod suæ
 speciei sit, provenire posse. *μη δύναται*) num potest?
 scil. ordine naturæ; nam insitionis *artificio* fieri posse,
 ut eadem arbor ferat diversæ speciei fructus, haud
 negare voluit Apostolus. *συκὴ ἐλαίας ποιῆσαι, ἢ ἀμπε-*
λος σύκα;) 1) ἐλαίας LVTH. vertit Oel, sed ἐλαιον signi-
 ficat oleum, ἐλαια vero, aut oleam, Oelhai m, ut Rom.
 XI, 17. 24. aut olivam, fructum oleæ, ut hoc loco. ἐλαίας,
 quod verus Itala recte olivas vertit, Hieronymiana,
 emendatione satis infelici, reddidit *uvas*, sine dubio,
 ut eo concinnius respondeat antitheton. ἢ ἀμπελος σύκα.

2) Phrasin καρπὸς ποιεῖν pro Φερεῖν, Ebraismum esse,

M 2

VOR.

VORSTIVS probat Ph. S. p. 130. f. hunc vero in *Chaldais-*
num abiisse, KEVCHENIVS in *Annot. ad N.T.* p. 45. f.
 3) Si Apostolus hic idem dicere voluisset, quod an-
 tea, scil. ex uno principio non debere proficisci *duo*
contraria, bonum & malum, salutare & noxium, *fi-*
co non junxisset *olivas*, nec *viti ficos*, speciem fructuum
 æque bonam, sed scopo suo convenientius adhibuif-
 set, atque ad institutum suum inflexisset, similitudi-
 nem a Christo usurpatam *Math. VII, 17-18.* ubi *spi-*
nas & uvas, tribulos & ficos jungit; Recte igitur supra
 cum BENGELIO diximus, aliud jam docere Aposto-
 lum, scil. ex quolibet principio non nisi id, quod suæ
 speciei est, provenire posse. *ἔτιως ἕδεμα πηγῆ ἀλυκον*
καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ.) 1) Sic [habet *lectio recepta*,
 quod si *Codicum numerus* rem conficiat, omnino reti-
 nenda; sed *Codex Alex.* verba sic repræsentat: *ἔτε*
ἀλυκον γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ, & *Colbertinus 7. Covelianus*
4. & Genevensis hunc in modum: *ἔτιως ἕδε ἀλυκον γλυ-*
κὺ ποιῆσαι ὕδωρ. quam & *lectionem* expressit utraque
vulgata, dum *prisca* reddidit: sic nec *salmacidum* *dulcem*
facere aquam, scil. potest, *recentior* vero: sic neque *salsa*
dulcem facere aquam; Consentiant quoque versiones
Syriaca, Coptica & Æthiopica; unde & *LUCAS Brug-*
ESTIVS, BEZA, GROTIUS, MILLIVS, BENGELI-
VS, MICHAELIS, hanc *lectionem* *receptæ* præferen-
 dam putant. Quod speciatim ad BENGELIVM atti-
 net, is in *marginè* quidem textus eam declarat tantum
 pro firmiore per codices, quam sit *lectio recepta*, nec
 tamen pro omnino certa, in *App. Crit.* autem confi-
 denter

denter pronunciat, receptam ex v. 11. ortam esse, & in *Gnom.* alteram istam *plane adoptat*, atque *rationibus* ex contextu firmat. Favet sane eidem, præter auctoritates supra adlatas, a) repetitum ex v. 10. alloquium, ἀδελφοί μου, quod ostendit, aliud dici v. 12. quam v. 10. 11. b) Differentia inter εἶχεν — v. 10. & μὴ ἔσται v. 12. vid. BENGELII nota ad utrumque. c) ipsa ratio similitudinis v. 11. & ejus, quæ habetur v. 12. *Ista* negatur, duo contraria ex eodem principio provenire, *hac* autem, quodlibet principium aliud quid producere posse, quam quod suæ est speciei. d) Stante lectione recepta idem dicunt verba quæstionis, quod v. 11. jam dictum erat, tautologia vix excusanda. e) τοῦ ἕτους apodosin facit ad præced. sed in lect. recepta apodosin non respondet protasi; aliud *hæc*, aliud *ista* dicit; Quis ferat hanc comparisonem: sicut ficus non facit olivas, nec vitis ficos, i. e. aliam fructuum speciem, quam quæ indoli fici & vitis convenit, ita nullus fons facit aquam salisam & dulcem? nonne aptius sic procedit comparatio? sicut ficus &c. ita salsum (i. e. scatebra salis) non facit seu scaturit aquam dulcem. f) facile potest concipi, quomodo & cur lectio communis e v. 11. huc translata sit? *Librarii* scil. non capiebant, quid esset: εἶδε ἀλυκον γλυκὺ ποιεῖν αὐτῶν ideoque, textum hic corruptum suspicantes, eum commutarunt cum verbis comm. 11. quorum sensus magis erat planus ac obvius. Quæ BAYMGARTENIVS in *Exam. var. Lect. Ep. Jac. p. XXXIII.* s. pro recepta lectione contra *Bengelium* disputat, ab hoc dilu-

diluta videri possunt in *App. Crit. Edit. II. p. 431.* Hisce præmissis 2) ad ipsum textum, quem pro genuino habemus, nonnulla annotare iuvabit. a) τοῦ ἕτους. innuit similitudinem de falso, aquam dulcem non proferente, simul *apodosin* continere ad præcedentes similitudines, ut sensus plenus hic sit: sicut *ficus* & *vitis* non possunt facere fructus *alius speciei*, licet *in se bonos*, ita nec, imo minus adhuc, *fons salus* dare potest *aquam dulcem*. b) ἀλυκον est a voce ἀλυκη, quod, HESYCHIO teste, synonymon est θαλασσης, maris; Neutraliter vero sumendum est τοῦ ἀλυκον, uti πικρον & γλυκυ v. II. nec subaudiendum ex teqq. ὕδωρ, ut aliqui volunt, sed neutrum denotat id, quod aquam scaturit, scil. fontem, seu scatebram. c) verbum ποιεῖν idem hic dicit, quod βρῦει v. II. d) *Apodosis* sub hac similitudine subaudienda hæc est: si diras & maledicta in proximum evomas, *amaro fonti* cor tuum simillimum est, ex quo *dulces aquas*, i. e. Deo placentes laudes, & doctrinas Ecclesiæ Christi salubres, emanare impossibile est; ita optime *Cel. MICHAELIS*; Scil. ab ore ad cor nunc transit Apostolus, cuius & mox v. 14. diserte mentionem facit.

Θ Ε Ω Η Δ Ο Ξ Α.

65X23

31. P
uino ha
inuit
roferere,
ludines,
a pollunt
ita ne,
am dub
CHIO
er ve
v. ii.
ant, sed
stem, seu
rod, q
audienda
evomas,
no dulces
as Eccl
ita opi
ne tramit
te

© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN® Gray Scale

A	1	2	3	4	5	6	8	9	10	11	12	13	14	15	17	18	19
	R	G	B				W	G	K				C	Y	M		B

Centimetres

TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
1	2	3	4	5	6	7	8	9
10	11	12	13	14	15	16	17	18

Inches

1 2 3 4 5 6 7 8